μετὰ τὸν ὅρκον] *Κυρίλλου. Ὅρκου δοθέντος οὐκ ἐπισκοποῦμεν, εἰ χρεωστεῖ, ἢ μή, ἀλλ᾽* p) *εἰ μὴ ὤμοσεν μηδὲ ὤμοσας, εἰ παραχωρηθεὶς αὐτῷ ὁ ὅρκος, κἂν μετὰ ταῦτα ἕτοιμός ἐστιν ὀμόσαι, οὐδὲν ποιεῖ.* [Sch. m. III. 144.]

κατὰ ἀδοκίμου θρησκείας] *Τὸ κατὰ τῆς ἀδοκίμου θρησκείας δηλοῖ τὴν δεισιδαιμονίαν· ἔνθα τυχόν τις οὕτως ὤμοσεν, μὰ τὴν ψυχὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. ἢ οὕτως, μὴ θηριομαχήσει, ἢ εἰς θάλασσαν ἀποθάνῃ, ὅπερ ἐστὶν ἀδόκιμον.* [Sch. n. III. 144.]

Ζήτει τὸν πα΄. κανόνα τοῦ ἁγίου Βασιλείου, ἐξ οὗ μαθήσῃ, ὅτι μεγάλῳ ἐπιτιμίῳ ὑπόκειται ὁ ὀμνύων ὅρκον Ἑλληνικόν· καὶ τὸν δ΄. κανόνα τῆς ἐν Τρούλλῳ τοῦ βασιλικοῦ παλατίου συνόδου· ὑποβάλλει γὰρ καὶ οὗτος αὐτὸν ἀφορισμῷ. [Sch. n. III. 144. sq.]

καὶ μετὰ ταῦτα θέλων ὀμόσαι] *Σημείωσαι τὸ καθ᾽ ἑκάστην, ὡς εἰπεῖν, τὴν ἡμέραν συμβαῖνον, ὅτι ἐάν τις τὸν ἐπενεχθέντα αὐτῷ ὅρκον ὑπερέθετο ὀμόσαι, οὐ δύναται λοιπὸν ἐκ μεταμελείας ἐλθεῖν καὶ ἀναγκάσαι μετὰ ταῦτα τὸν ἅπαξ ἐπάγοντα* pp) *τὸν ὅρκον, μὴ βουλόμενον δέξασθαι τὸν ὅρκον αὐτοῦ. Ἐρώτησις. Ἆρα δὲ τὸ ἐναντίον δύναται ὁ τὸν ὅρκον ἐπενηνοχὼς πρὶν ἢ δοθῇ μεταμελεῖσθαι, ἢ ἀνακαλεῖσθαι μὲν τὴν τοῦ ἄκτωρος προστασίαν, τρέπεσθαι* q) *πρὸς τὰς ἀποδείξεις; Στεφάνου. Καὶ πάνυ. τοῦτο γὰρ ἰδικῶς φησιν ἐν τῷ δ΄. βιβ. τοῦ κωδ. τιτ. α΄. διατ. ια΄. ἤτοι βιβ. καὶ τιτ. τούτῳ* qq) *κεφ. νγ΄., ἥτις καὶ τοῦτο προστίθησιν, ὅτι μεθ᾽ ὃ τραπῇ πρὸς ἀπόδειξιν, οὐ δύναται ταύτας μὲν φεύγειν, ὅρκον δὲ πάλιν ἐπάγειν. καὶ αὐτὴν τὴν περὶ τῶν ὅρκων μεταμέλειαν οὐκ ἄλλως αὐτῷ δίδωσιν, εἰ μὴ ἐφ᾽ ὅσον ἡ δίκη γυμνάζεται· μετὰ γὰρ αὐτοτελῆ ψῆφον οὐ δύναται τοιοῦτο ποιεῖν.* [Sch. o. III. 145.]

οὐ γὰρ ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς] *Τοῦτό φησιν, ὅτι οὐ δοκεῖ ἐξ ἐκείνης τῆς ἐπιφορᾶς τοῦ ἐπενεχθέντος αὐτῷ ὅρκου ὀμνύειν.* [Sch. p. III. 145.]

2) praestito iureiurando] Cyrilli. Dato iureiurando non spectamus, an debeat, necne, sed an iuraverit. Si non iuravit, neque ei remissum est iusiurandum, licet postea iurare paratus sit, nihil agit.

3) secundum improbatam religionem] Per improbatam religionem intelligimus superstitionem: puta si quis ita iuraverit per animam patris sui, vel sic, cum bestiis non depugnabit, vel in mari moriatur, cuiusmodi iusiurandum improbatur.

Quaere canonem 81. Sancti Basilii, ex quo disces, eum, qui iusiurandum paganorum iurat, gravi poenae subiici: et canonem 4. Synodi habitae in Trullo parte palatii Imperatoris: nam et hic eum excommunicationi subiicit.

4) et si postea iurare velit] Nota, quod singulis diebus, ut ita dicam, contingit, eum, qui delatum sibi iusiurandum iurare distulerit, postea poenitentia ductum venire non posse, et compellere eum, qui semel detulit, ut invitus iusiurandum suscipiat. Interrogatio. An vero ex diverso, qui iusiurandum detulit, priusquam datum sit, poenitere possit, aut actoris praeceptum revocare, ad probationes autem recurrere? Stephani. Maxime. Hoc enim specialiter ait const. 11. tit. 1. lib. 4. Cod. seu libri et tituli huiusce cap. 53. quae etiam hoc addit, postquam ad probationes se converterit, non posse eum eas reiicere, iusiurandum autem rursus deferre. Non aliter autem ei poenitere et iusiurandum revocare concedit, nisi quamdiu lis exercetur: nam post sententiam definitivam hoc facere non potest.

5) neque enim ex delatione] Hoc ait, quia non videtur ex iureiurando, quod delatum est, iurare.

ϛ΄. Παυλ. Συγχωρεῖ τις τὸν καταδεχθέντα. εἰ δέ τις μὴ καταδεξάμενος ὕστερον ὀμόσαι θέλει, καὶ ὁ ἐπαγαγὼν οὐ δέχεται, δοκεῖ r) **συγχωρεῖν.**

VI. Paul. Remittit quis 1) **iusiurandum susceptum. Sed si quis non susceperit iusiurandum, et postea iurare velit, idque non admittat** 2) **is, qui detulit, non videtur remittere.** *L. 6. D.* XII. 2.

συγχωρεῖ τις] *Κυρίλλου. Παραχωρεῖ ὅρκον ὁ τὸν καταδεξάμενον αὐτὸν μὴ ἐάσας ὀμόσαι, οὐχ ὁ τὸν ἐξ ἀρχῆς μὴ βουληθέντα ὀμόσαι ὕστερον θελήσαντα μὴ δεξάμενος. Στεφάνου. Καὶ τοῦτο συνεχῶς γίνεται. οἷον μέλλοντος ἤδη τοῦ διαδίκου διδόναι τὸν ὅρκον, ἀρνεῖται ὁ ἐπαγαγὼν εἰς τὸ ὅλως βουληθῆναι, καὶ ἕτοιμον γενέσθαι τὸν ὅρκον ἀποτελέσαι. συμβαίνει γὰρ πολλάκις, τὸν ἐπαγαγόντα τὸν ὅρκον λέγειν τῷ διαδίκῳ μέλλοντι σχεδὸν διδόναι τὸν ὅρκον, ἄπελθε, ἑταῖρε, οὕτως ὡς ὀμόσας.* [Sch. q. III. 145.]

οὐ δέχεται] *Τοῦ αὐτοῦ. Ἀλλ᾽ οὔτε ἀναγκάζεται νῦν ἐπαγαγεῖν μὴ βουλόμενος. οἶδας γὰρ ἐκ προλαβόντος διγέστου μαθών, ὅτι κἂν ἐπάγῃ τὸν ὅρκον, οὐκ ἀναγκάζεται τοῦτον δέξασθαι, εἰ τὴν ἀρχήν, ὅτε καὶ ἐπενέχθη, τοῦτον παρασχεῖν διάδικος ὑπερετέθη.* [Sch. r. III. 145.]

1) remittit quis] Cyrilli. Remittit iusiurandum, qui eum, qui illud suscepit, iurare non patitur, non is, qui ab initio iurare nolentem, postea vero volentem non admittit. Stephani. Idque continuo fit: utputa cum adversarius iusiurandum iam dare vellet, qui detulit, eum paratum iurare, iusiurandum praestare non patitur. Saepe enim accidit, ut qui iusiurandum detulit, dicat adversario iusiurandum iam daturo, abi, amice, sic, quasi iurasses.

2) idque non admittat] Eiusdem. Sed nec nunc deferre cogitur, si nolit. Didicisti enim ex praecedente digesto, licet iusiurandum detulerit, non cogi eum admittere ipsum, si initio, cum et delatum esset, id praestare adversarius distulerit.

ζ. Οὐλπ. Εἴτε περὶ ὁλοκλήρου πράγματος, εἴτε περὶ μέρους ὀμόσει τις, οὐκ ἐνάγεται, περὶ οὗ ὤμοσεν, οὔτε οἱ διάδοχοι αὐτοῦ.

VII. Ulp. Sive de tota re, sive de parte quis iuret, non convenitur eius rei nomine, de qua iuravit, nec successores eius 1). *L. 7. D. eod.*

οὔτε οἱ διάδοχοι αὐτοῦ] *Οἱ κληρονόμοι, κατὰ κυριόλεξιν εἰπεῖν, οἱ βονόρουμ ποσσεσσόρες, ἢ φιδεϊκομμισσάριοι· καὶ οὐ μόνον οὗτοι οἱ καθ᾽ ὁμάδα διάδοχοι, ἀλλὰ καὶ οἱ ἰδικοί, οἷον ἀγορασταί, ληγατάριοι, ἢ ὁ λαβὼν κατὰ δωρεὰν ἢ συναλλαγήν. καὶ ἀνάγνωθι βιβ. νη΄. τιτ. ι΄. κεφ. να΄. θεμ. β΄. ὅ φησι· Μνήμη γίνεται τῶν κληρονόμων ἐν τῇ ἐπερωτήσει τῆς περὶ μελλούσης ζημίας ἀγωγῆς, καὶ διαδόχων, εἰς οὓς τὸ πρᾶγμα περιέλθοι. διάδοχον δὲ οὐ μόνον τὸν καθ᾽ ὁμάδα νοοῦμεν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐν πράγματι δεσποτείαν δεξάμενον. καὶ σημείωσαι, ὅτι κἂν ὁ ἑνὸς πράγματος διάδοχος, κἂν μὴ ἀσωμάτου δικαίου ἐστὶ διάδοχος, ὡς ὁ κληρονόμος, καὶ ὁ ἀγαθῶν διακάτοχος, καὶ ὁ καθ᾽ ὁμάδα φιδεϊκομμισσάριος, ἀλλ᾽ οὖν ἐπ᾽ αὐτῷ τῷ πράγματι τὸ πρόσωπον ἐπέχει τοῦ προκτήτορος, καὶ τοῖς πρὸς ἀσφάλειαν κατοχῆς φερομέ-*

1) nec successores eius] Heredes proprie, bonorum possessores, aut fideicommissarii: et non solum hi universi iuris successores, sed etiam speciales, ut emtores, legatarii, vel qui accepit ex causa donationis, vel permutationis. Et lege lib. 58. tit. 10. cap. 51. them. 2. quo dicitur: Mentio fit heredum in stipulatione damni infecti, et successorum, ad quos res pervenit. Successorem autem non solum intelligimus eum, qui in universa bona succedit, sed et eum, qui in rei dominium succedit. Et nota, licet unius rei successor sit, non iuris incorporalis, ut heres, et bonorum possessor, et fideicommissarius universalis, tamen eum in ipsa re personam prioris possessoris sustinere, et iuribus, quae ad tuendam possessionem et rei dominium prosunt, utiliter

---

p) Fabr. stellula post *ἀλλ᾽* posita in marg. locum sic emendat: *εἰ ὤμοσεν· εἰ μὴ ὤμ. μηδὲ παραχωρηθῇ αὐτῷ ὁ ὅρκ.* *pp*) Lege *ἐπαγαγόντα.* *q*) Fabr. in marg. addit *δέ.* Quae antecedunt, non intelligo. Fabroti tamen versionem retinui. *qq*) Lege *τῷ βιβ. καὶ τιτ. τούτῳ.* *r*) Deest *οὐ* ante *δοκεῖ.*

νοις καὶ δεσποτείας τοῦ πράγματος δικαίοις ἰσχυρῶς κέχρηται, οἷός ἐστιν ὁ ὅρκος, καὶ ἡ δικαίωσις ἡ ἐπὶ τῷ πράγματι. ἀνάγνωθι βιβ. ιά. τιτ. ά. κεφ. ιζ. καὶ τὰ ἐκεῖ σχόλια. [Sch. s. III. 145. sq.]

uti, quale est iusiurandum, et allegatio seu defensio, quae in re competit. Lege lib. 11. tit. 1. cap. 17. et ibi Scholia.

Κυρίλλου. Οὔτε ὁ ὀμόσας ἐνάγεται, οὔτε ὁ σουκέσωρ αὐτοῦ ἤτοι ὁ διάδοχος, κἂν πράγματος εἴη σουκέσωρ. μετὰ γὰρ τὸν ὅρκον σβέννυται ἡ ἀγωγή. εἰ δὲ ἀμφιβάλλεται, εἰ ὤμοσεν, χρεία παραγραφῆς, ἐν ᾗ δείκνυται, εἰ ὤμοσεν, ἢ παρεχωρήθη αὐτῷ ὁ ὅρκος· τοῦτο γὰρ καὶ ὁ ἄκτωρ ὀμόσας δείκνυσιν. [Sch. s. III. 146.]

Cyrilli. Nec qui iuravit, convenitur, nec successor eius, etiamsi in rem successerit. Nam post iusiurandum actio extinguitur. Si vero ambigatur, an iuraverit, necessaria est exceptio, in qua ostenditur, an iuraverit, vel ei iusiurandum remissum sit: hoc enim etiam actor, qui iuravit, probat.

Στεφάνου. Μὴ ἐναντιωθῇ σοι τὸ εἰρημένον, ὅτι ὁ παρ᾽ ἑτέρου δοθεὶς ὅρκος ἕτερον οὔτε ὠφελεῖ, οὔτε βλάπτει· ὁ γὰρ ἀγοραστὴς καὶ ὁ κατὰ δωρεὰν ἢ ληγάτον τὸ πρᾶγμα λαβών, ὅσον ἧκεν ἐπ᾽ αὐτῷ, καθάπερ πολλάκις εἴρηται, τῷ πράγματι, τοῦ προκτήτορος πρόσωπον ἔχειν δοκεῖ. σουκέσωρ γάρ ἐστιν ἐπ᾽ αὐτῷ, καθάπερ εἶπον, τῷ πράγματι, καὶ ἓν πρόσωπον εἶναι νοεῖται, ὅσον ἧκεν ἐπ᾽ αὐτῷ, καθὰ πολλάκις εἴρηται, τῷ πράγματι, τοῦ τε προκτήτορος καὶ τοῦ νῦν κτησαμένου τὸ πρᾶγμα. ὅπερ δὲ τοῖς πρωτοτύποις ἀνθίσταται, τοῦτο καὶ τοῖς σουκέσορσιν αὐτῶν, ὡς ὁ Οὐλπιανὸς κανονίζων φησὶν ἐν τῷ ν. τῶν διγ. βιβ. τιτ. ιζ. διγ. ρμγ. [Sch. s. III. 146.]

Stephani. Ne obstare tibi videatur, quod dictum est, iusiurandum ab alio datum alii nec prodesse, nec nocere: emtor enim et qui ex causa donationis vel legati rem accepit, quantum ad ipsam rem, ut saepe dictum est, personam prioris possessoris sustinere videtur. Nam successor est, ut dixi, in rem, et respectu ipsius rei, sicut saepe dictum est, una persona esse intelligitur, prioris possessoris et eius, qui nunc rem possidet. Quod autem ipsis principalibus obstat, etiam successoribus eorum obstabit, ut regulariter definit Ulpianus Digestorum lib. 50. tit. 17. dig. 143.

L. 8. D. XII 2. η'. Παυλ. Οὔτε ὁ εἰς αὐτὸ μόνον τὸ πρᾶγμα γινόμενος διάδοχος.

VIII. Paul. Nec qui in eam rem [1]) tantum successit.

οὔτε ὁ εἰς αὐτὸ μόνον] Σημείωσαι, ὅτι καὶ ἐπὶ ἑνὶ πράγματί ἐστι διάδοχος, οἷον ὁ ἀγοραστής. ἐπὶ ἑνὶ πράγματι σουκέσωρ ἐστὶν καὶ ὁ λαβὼν δωρεάν. καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι τὸ θεμ. γ'. τοῦ γ'. διγ. ὁ γὰρ ἀγοραστὴς ἢ ὁ κατὰ δωρεὰν ἢ ληγάτον τὸ πρᾶγμα λαβών, ὅσον ἧκεν ἐπ᾽ αὐτῷ τῷ πράγματι, τὸ τοῦ προκτήτορος πρόσωπον ἔχειν δοκεῖ. τοῦτό σοι ἐσημειωσάμην καὶ ἐν τῷ β'. βιβ. τιτ. ιδ'. διγ. ιζ'. θεμ. παρατελευταίῳ, ἤτοι βιβ. ιά. τιτ. ά. [Sch. t. III. 146.]

1) nec qui in eam rem] Nota, etiam in una re esse successorem, utputa emtorem. In una re successor etiam est qui donationem accepit. Nec obstat them. 3. dig. 3. Emtor enim, vel qui ex causa donationis vel legati rem accepit, quantum ad rem ipsam attinet, prioris possessoris personam habere videtur. Hoc tibi notavi et lib. 2. tit. 14. dig. 17. them. penult. sive lib. 11. tit. 1.

L. 9. pr. D. eod. θ'. Οὐλπιανός. Μετὰ τὸν ὅρκον ἀναιρεῖται ἡ ἀγωγή· ἀμφιβολίας γὰρ οὔσης εἰ δέδοται ὅρκος, χώρα τῇ παραγραφῇ.

IX. Ulpianus. Posteaquam iuratum est, tollitur actio [1]): nam si controversia sit, an iusiurandum datum sit, locus est exceptioni [2]).

§. 1. Ὁ μὲν ἐναγόμενος ὀμνὺς ἢ συγχωρούμενος τὸν ὅρκον, προσπορίζει τὴν παραγραφὴν αὐτῷ καὶ ἄλλοις. ὁ δὲ ἐνάγων ὀμνὺς ἢ συγχωρούμενος ἀγωγὴν ἔχει.

Reus, qui iusiurandum praestitit, vel cui id remissum est, acquirit exceptionem sibi et aliis [3]). Actor vero, qui iuravit, vel cui remissum est iusiurandum, actionem habet.

ἀναιρεῖται ἡ ἀγωγή] Ὀφφικίῳ δηλονότι τοῦ ἄρχοντος. μήτε γὰρ νομίσῃς ἴψο ἰοῦρε τὴν ἀγωγὴν διδομένην ὅρκον ἀναιρεῖν, ἀλλὰ πρόσσχες τοῖς λεγομένοις. καὶ μὴ συναρπαγῇς ἐξ ὧν ὁ Οὐλπιανὸς εὐθὺς ἐπιφέρει. τοῦτο γάρ φησιν, ὅτι ἐὰν ἀμφιβάλλεται ὁ ὅρκος, χώρα τῇ παραγραφῇ, τουτέστιν ἀναγκάζεται ὁ λέγων ὀμωμοκέναι δεῖξαι τοῦτο, ὅτι ὤμοσεν αὐτῷ τοῦ ἄκτορος τοῦτον ἐπαγαγόντος· ἐπὶ γὰρ τῶν παραγραφῶν ὁ ῥέος τάξιν ἄκτωρος ἐπέχει, καὶ βαρεῖται ταῖς ἀποδείξεσιν, ὡς κεῖται βιβ. μδ'. τιτ. ά. διγ. ά. τὸ οὖν εἰρημένον, ὅτι ἀναιρεῖται ἀγωγή, νόησον μὴ κατὰ τὸ ἴψο ἰοῦρε, ἀλλ᾽ ὀφφικίῳ τοῦ δικαστοῦ. βλέπε γάρ, ὅτι ἐπιφέρει εὐθὺς ὁ αὐτὸς Οὐλπιανός, ὅρκου δοθέντος ἢ συγχωρηθέντος· ὁ μὲν γὰρ ῥέος ἔχει παραγραφήν, ὁ δὲ ἄκτωρ τὴν ἰμφάκτουμ. καὶ σημείωσαι, ὅτι οὐ μόνον ἐπὶ ῥέου, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἄκτορος χώρα τῇ τοῦ ὅρκου συγχωρήσει. καὶ ὥςπερ ἐπὶ τοῦ ῥέου συγχωρηθεὶς ὁ ὅρκος τίκτει παραγραφήν, οὕτως ἐπὶ τοῦ ἄκτωρος συγχωρηθεὶς ὁ ὅρκος τίκτει ἰμφάκτουμ. [Sch. u. III. 146. sq.]

1) tollitur actio] Officio scilicet iudicis. Neque enim putes, iusiurandum ipso iure datam actionem perimere, sed adhaereas iis, quae dicta sunt. Nec conturberis iis, quae Ulpianus statim affert. Hoc enim ait, si ambigatur, an iuratum sit, locum esse exceptioni: hoc est, qui dicit se iurasse, probare cogitur, se actore deferente iurasse: in exceptionibus enim reus vicem actoris sustinet, et probationibus oneratur, ut habetur lib. 44. tit. 1. dig. 1. Quod igitur dictum est, actionem tolli, sic intellige, ut non ipso iure tollatur, sed officio iudicis. Vide enim, quod idem Ulpianus statim subiicit, *iureiurando dato vel remisso:* reus enim exceptionem habet, actor vero in factum actionem. Et nota, non solum in reo, sed etiam in actore locum esse remissioni iurisiurandi. Et sicut iusiurandum reo remissum parit ei exceptionem, ita actori remissum actionem in factum parit.

Σημείωσαι τὸν Παλαιὸν καθαρῶς λέγοντα, τὸν ὅρκον μὴ κατὰ τὸ ἴψο ἰοῦρε ἀναιρεῖν τὴν κινηθεῖσαν ἀγωγήν. ἀνάγνωθι καὶ τὸν τοῦ γ'. θέματος Παλαιὸν τὸ ὅμοιον λέγοντα. ἀνάγνωθι καὶ τὴν β'. παραγραφὴν τοῦ ιά. κεφ. ζήτει καὶ κεφ. κέ. καὶ τὴν ἐκεῖσε δευτέραν παραγραφήν, καὶ κεφ. κς'. θεμ. γ'. καὶ τὴν ἐκεῖσε δευτέραν παραγραφήν. πλὴν τοῦτο ἐπὶ τῶν πολιτικῶν νόει ἀγωγῶν, μὴ μὴν ἐπὶ τῶν φυσικῶν. ἐκεῖναι γὰρ ἴψο ἰοῦρε διὰ τοῦ ὅρκου ἀναιροῦνται, ὡς εὑρήσεις ἐν τῷ δ'. θεμ. τοῦ κέ. κεφ. τοῦ έ. τιτ. τοῦ κς'. βιβ. [Sch. u. III. 147.]

Nota Antiquum manifeste dicentem, iusiurandum non ipso iure actionem motam perimere. Lege et tertii thematis Antiquum simile dicentem. Lege et adnotationem 2. cap. 11. Quaere et cap. 25. et ibi secundam adnotationem, et cap. 26. them. 3. et ibi secundam adnotationem. Verum hoc intellige de civilibus actionibus, non etiam de naturalibus: hae enim ipso iure per iusiurandum tolluntur, ut invenies in them. 4. cap. 25. tit. 5. lib. 26.

χώρα τῇ παραγραφῇ] Ἤτοι αὐτὸς ὁ[rr]) παραγραφόμενος καὶ χρώμενος τῇ ἀπὸ τοῦ ὅρκου βοηθείᾳ, ὀφείλει ἀποδεικνύναι· τότε γὰρ χώρα τῇ παραγραφῇ. ταῦτα δηλοῖ, ὅτι χώρα τῇ νομοθεσίᾳ τῇ λεγούσῃ, ἐπὶ τῶν παραγραφῶν ὁ ἐνα-

2) locus est exceptioni] Id est, ipse, qui excipit et utitur auxilio iurisiurandi, debet id probare: tunc enim locus est exceptioni. Hoc ostendit, locum esse iuris definitioni dicenti, in exceptionibus reum

rr) ὁ inserui. Deest apud Fabr.

γόμενος ἐνάγων ἐστὶ καὶ βαρεῖται ταῖς ἀποδείξεσι. κεῖται δὲ ἡ νομοθεσία ἐν τῷ θ΄. κεφ. τοῦ α΄. τιτ. τούτου τοῦ βιβ. καὶ ἐν ὅλῳ τῷ ιθ΄. κεφ. αὐτοῦ. [Sch. x. III. 147.]

αὐτῷ καὶ ἄλλοις] Ἀνάγνωθι διγ. κη΄. θεμ. β΄. καὶ τὸ τελευταῖον θέμα τούτου τοῦ[s]) διγ. καὶ τὸ τέλος τοῦ δ΄. διγ. [Sch. y. III. 147.]

Διαδόχοις καὶ ἐγγυηταῖς, ὡς κεφ. ζ΄. η΄. καὶ κη΄. θεμ. β΄. καὶ κεφ. μβ΄. θεμ. τελευτ.

Ἐὰν ἐξ ὅρκου καταδικασθῇ τις ἐπὶ ἀτιμοποιῷ ἀγωγῇ, ἀτιμοῦται.

ἀτιμοῦται] Εἰ δὲ μετὰ τὸν ὅρκον κινηθήσεται[ss]) κατ᾽ αὐτοῦ ἡ πρωτότυπος ἀγωγή, ἀλλ᾽ ἡ ἀπὸ τοῦ ὅρκου ἴμφακτος, οὐκ ἀτιμωθήσεται. Θεόφιλος μὲν ὁ μακαρίτης ἐθεμάτισεν ἔξω δικαστηρίου*[t]) δοθέντα τὸν ὅρκον, καὶ μετὰ ταῦτα ἐξ ἀγνωμοσύνης τοῦ ἐπενεγκόντος κινηθεῖσαν κατ᾽ αὐτοῦ τὴν μανδάτι τυχόν, ἢ τὴν δεπόσιτι· καὶ μετὰ τὸν ὅρκον γὰρ καὶ τὸ τεχθῆναι τὴν ἰμφάκτουμ, μένει οὐδὲν ἧττον ἡ πρωτότυπος ἀγωγὴ φυλαττομένη, ὡς ἔστι μαθεῖν ἐξ ὧν ὁ Παῦλος ἐν τῷ λ΄. διγ. τοῦ παρόντος τιτ. φθάσας φησίν. ἕτεροι δέ φασιν, ὅτι τῆς μανδάτι τυχὸν ἢ τῆς δεπόσιτι κινηθείσης, ὅρκος ἐν αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ ἐδόθη, καὶ ἀντὶ ἀποδείξεως πάσης δεξάμενος τὸν ὅρκον ὁ δικαστὴς κατεδίκαζε. καὶ οὕτω γὰρ ἀτιμοῦσθαι τὸν καταδικασθέντα φασίν, ἐπειδὴ ὅλως ἔτυχεν ἡ πρωτότυπος ἀγωγὴ κινηθεῖσα. βλέπε δὲ μὴ εἴπῃς, ὅτι τὸ αὐτό ἐστιν, εἰ καὶ μὴ τὴν πρωτότυπον, ἀλλὰ τὴν ἰμφάκτουμ κινήσω μετὰ τὸν ὅρκον, νομίζων, ὅτι καὶ οὕτως ἀτιμοῦται ὁ καταδικασθείς. τοῦτο μὴ εἴπῃς. εἰ μὲν γὰρ πρωτότυπον κινήσω ἀγωγήν, προσφόρως ἡ ἐξ αὐτῆς προέρχεται καταδίκη, καὶ εἶτα τὴν ἀτιμίαν ἐπάγεται. εἰ δὲ τὴν ἀπὸ τοῦ ὅρκου ἰμφάκτουμ ὡς ἀπὸ τῆς πρωτοτύπου, τυχὸν ὡς ἀπὸ τῆς μανδάτι, ἢ τῆς δεπόσιτι, κινήσω, τότε μόνον τὸ πρᾶγμα καὶ οἱ καρποί, οὐ μὴν τὰ ἐξ ἀρνήσεως καὶ ἀγνωμοσύνης τοῦ ῥέου φέρεται εἰς καταδίκην, ὡς δῆλόν ἐστι δι᾽ ὧν φησιν ὁ Παῦλος ἐν ἀρχῇ τοῦ λ΄. διγ. ἔνθα καὶ τοῦτό ἐστιν ἐκ τῶν εἰρημένων ἐκεῖσε μαθεῖν, ὅτι εἰ τὴν πρωτότυπον ἀγωγὴν κινήσω καὶ ὁρίσομαι, καὶ μετὰ τὸν ὅρκον**[u]) θελήσω τὴν ἐξ ἀρνήσεως ἢ ἀγνωμοσύνης διπλωσιν ἢ ἀτιμίαν ἐνεχθῆναι εἰς καταδίκην, οὐκ ὀφείλω τὴν ἀπὸ τοῦ ὅρκου ἰμφάκτουμ εἰς ἀπόδοσιν φέρειν, ὡς ὁ ἐν τῷ αὐτῷ διγ. κείμενος δείκνυσι λογισμός. οὐδὲ γὰρ εἴποι τις, ἀρνεῖσθαι ἢ ἀγνωμονεῖν τὸν διδόντα ὅλον τῷ ὅρκῳ καὶ τῇ πίστει τοῦ ἄκτορος. ὥστε γὰρ ἐπὶ τοῦ προκειμένου θέματος μὴ εἴπῃς τὴν ἰμφάκτουμ, ἀλλὰ τὴν πρωτότυπον κινεῖσθαι, καὶ ἐξ αὐτῆς γενέσθαι τὴν καταδίκην. οὔτε γὰρ κατὰ πάντα μιμεῖται τὴν πρωτότυπον κινουμένη μετὰ τὸν ὅρκον ἡ ἐξ αὐτοῦ ἴμφακτος. ἀμέλει, ἐάν τις ὀφείλεσθαι λέγων ἀπὸ ἀγωγῆς ἐξ ἀρνήσεως διπλασιαζομένης, οἷον ἀπὸ Ἀκουϊλίου, ὀμόσει, ὅτι ὀφείλεται· εἰ μὲν τὴν πρωτότυπον κινήσει ἀγωγήν, τὸ διπλοῦν, εἰ δὲ τὴν ἰμφάκτουμ, τὸ ἁπλοῦν λήψεται, ὡς ὁ Παῦλος ἐν τῷ λ΄. διγέστῳ τοῦ παρόντος τιτ. φησί, λέγων ἰδικῶς, ὅτι τῆς ἀπὸ τοῦ ὅρκου ἰμφάκτουμ κινουμένης, οὐχ ἡ πρωτότυπος αἰτία σκοπεῖται, ἀλλ᾽ ὁ τοῦ ἐνάγοντος ὅρκος φυλάττεται. πλὴν ἀνάγνωθι πάντως τὴν ἐν τῷ λ΄. διγ. κειμένην περὶ τοῦ ὅρκου παραγραφήν. [Sch. z. III. 147. sq.]

* ἔξω δικαστηρίου] Οἶμαι[v]), ἐκ τούτου λαβεῖν ἀφορμὴν τὸ πολιτεύεσθαι ἐν δικαστηρίῳ νῦν τὴν τοῦ ὅρκου ἐπιλογήν. ἐὰν γὰρ ἐγὼ ἢ ἐνάγων ἢ παραγραφόμενος εἰσαγάγω καὶ λέγω τι, καὶ ἀρνῆται ὁ ἀντίδικός μου, καὶ ἐγὼ θέλω εἰς ἀπόδειξιν ἀπολυθῆναι, ἔξεστι τῷ ἀντιδίκῳ μου λέγειν πρός με· ἐπιλέγομαι, ἑταῖρε, τὸν σὸν ὅρκον ἀντὶ ἀποδείξεως πάσης. ταῦτα δὲ ἐπὶ τῶν ἀγράφων κρατεῖ. ἐὰν γὰρ ἔγγραφόν τι προκομίζηται, ἀργεῖ ἡ ἐπιλογή. [Sch. *. III. 148. sq.]

** καὶ μετὰ τὸν ὅρκον] Οἶμαι[w]) δὲ χρῆναι ἔξωθεν δικαστηρίου θεματίζειν τὸν ὅρκον γενόμενον· εἰ γὰρ ἐν δικαστηρίῳ, ἀλόγιστόν τι φαίνεται διδάσκειν ὁ νομοθέτης. ὅπου γὰρ δικαστήριον, ἐκεῖ καὶ προκάταρξις, εἰ μή που τὴν προκάταρξιν τὴν τοῦ δικαστηρίου νοήσομεν. [Sch. **. III. 149.]

actorem esse et probationibus onerari. Extat autem hoc ius in cap. 9. tit. 1. huius libri, et in toto cap. 19. eiusdem.

3) sibi et aliis] Lege dig. 28. them. 2. et thema ultimum huius dig. et finem digesti 4.

Successoribus et fideiussoribus, ut cap. 7. 8. et 28. them. 2. et cap. 42. them. ult.

Si ex iureiurando damnetur quis in famoso iudicio, famosus est[4]). L. 9. §. 2. D. XII. 2.

4) famosus est] Sin autem post iusiurandum non movebitur adversus eum principalis actio, sed ex iureiurando in factum, non infamabitur. Theophilus quidem beatae memoriae finxit extra iudicium*) iusiurandum datum, et postea ex perfidia deferentis motam adversus eundem forte mandati actionem aut depositi: nam et postquam post iusiurandum rata est in factum actio, nihilominus salva manet principalis actio, ut disci potest ex his, quae antea Paulus dig. 30. huius tituli tradidit. Alii vero dicunt, mota forte mandati aut depositi actione in ipso iudicio datum esse iusiurandum, et iudicem, vice omnis probationis admisso iureiurando, condemnasse. Et sic enim condemnatum infamia notari dicunt, quoniam omnino principalis actio mota est. Cave autem dicas, idem esse, licet non principalem, sed actionem in factum post iusiurandum movero, existimans, condemnatum et sic infamari. Id ne dixeris. Nam si principalem actionem movero, conveniénter ex ea condemnatio procedit, et postea infamiam infert. Sin autem actionem in factum ex iureiurando quasi ex principali actione, puta quasi ex mandati actione vel depositi, movero, tunc res duntaxat et fructus, nec vero ea, quae ex negatione et frustratione rei debentur, in condemnationem deducuntur, ut manifestum est ex his, quae ait Paulus initio dig. 30. ubi hoc quoque ex ibi dictis disci potest, si principalem actionem movero eamque constituero, et post datum iusiurandum**) voluero duplum ex infitiatione vel frustratione, vel infamiam in condemnationem deduci, non debere me actionem in factum ex iureiurando eo nomine intendere, ut ostendit ratio in eodem digesto posita. Neque enim quis dixerit, eum, qui rem totam iuriiurando et fidei actoris committit, negare vel moram facere. Itaque et in themate proposito ne dixeris actionem in factum, sed principalem motam, et ex ea condemnationem factam. Neque enim actio in factum post iusiurandum mota per omnia actionem principalem imitatur. Denique si quis sibi deberi dicens ex actione, quae infitiatione duplatur, puta ex lege Aquilia, iuraverit deberi: si quidem principalem actionem intenderit, duplum, si vero actionem in factum, simplum consequetur, ut Paulus dig. 30. huius tituli ait, dicens specialiter, mota actione in factum ex iureiurando, non principalem causam spectari, sed actoris iusiurandum conservari. Verum lege omnino adnotationem de iureiurando positam dig. 30.

* extra iudicium] Puto, ex hoc occasionem cepisse iurisiurandi electionem, quae nunc in iudicio frequentatur. Nam si ego vel agendo vel excipiendo aliquid introducam et dicam, idque adversarius meus neget, et ad probationem dimitti velim, licet adversario meo mihi dicere: eligo, amice, iusiurandum tuum pro omni probatione. Haec autem obtinent in his, quae non scripta sunt: nam si aliquid scriptum proferatur, cessat electio.

**) et post datum iusiurandum] Puto autem fingendum esse iusiurandum extra iudicium datum: nam si in iudicio, absurdum aliquid docere videbitur Iureconsultus. Nam ubi iudicium, ibi et litis contestatio: nisi contestationem iudicii intelligemus.

---

s) τοῦ inserui. ss) Fabr. stellula post vocem ὅρκον posita in marg. legit οὐ κιν. t) Fabr. stellula ante ἔξω δικαστ. posita in marg. notat: *Sic ms. et infra οἶμαι ἐκ etc.* u) Fabr. duabus stellulis ante καὶ μετὰ τὸν ὅρκον positis in marg. notat: *Sic ms. et infra οἶμαι δὲ χρῆναι.* v) Est scholium ad verba prioris scholii ἔξω δικαστηρίου, signo stellulae apud Fabrotum notatum. w) Est scholium ad verba scholii quarti καὶ μετὰ τὸν ὅρκον, duabus stellulis a Fabroto notatum.

Κυρίλλου. [x]) *Εἰ μετὰ τὸν ὅρκον καταδικασθῇ τις ἐξ ἀτιμοποιοῦ ἀγωγῆς, ἄτιμος ἔσται. ὁ γὰρ ὀμόσας ὑβρισθῆναι παρά τινος, καὶ ὑπόχρεων αὐτὸν ἔχει.* [Sch. z. III. 149.]

Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς. Ἐνταῦθα ψῆφός ἐστι μετὰ τὸν ὅρκον, καὶ διὰ τοῦτο ἀτιμοῦται. ἐν δὲ τῷ λ'. διγέστῳ μόνος ὅρκος ἐστί, καὶ διὰ τοῦτο τὸ διπλοῦν οὐκ ἀπαιτεῖται. [Sch. z. III. 149.]

Τουτέστιν, εἰ μετὰ τὸ ὀμόσαι τὸν ἄκτορα, ὅτι παρέθετο, ἀγνωμονῶν ὁ ῥέος καταδικασθῇ. [Sch. z. III. 149.]

Cyrilli. Si post iusiurandum damnetur quis ex famosa actione, famosus erit. Nam qui iuravit, se iniuria affectum ab aliquo, et obnoxium eum habet.

Enantiophanis. Hoc loco sententia secuta est iusiurandum, et ideo infamatur. In digesto autem 30. solum iusiurandum est, et ideo duplum non exigitur.

Hoc est, si postquam actor iuravit, se deposuisse, reus, qui depositum abnegat, condemnatus sit.

L. 9. §. 3. D. XII. 2. *Ἐὰν ὀμόσω σε χρεωστεῖν μοι ἀπὸ προσκαίρου ἀγωγῆς, οὐκ ἐλευθεροῖ τῷ χρόνῳ, ἐπειδὴ διὰ προκατάρξεως διηνεκὴς γίνεται.*

Si iurem [5]), te mihi debere ex temporaria actione, tempore non liberaris, quia litis contestatione perpetuatur.

ἐὰν ὀμόσω] *Κυρίλλου. Ὁ τεμποραλίαν κινῶν ἀγωγὴν καὶ ὀμόσας περπετουατεύει τὴν ἀγωγήν.* [Sch. a. III. 149.]

Στεφάνου. Σημείωσαι, ὅτι μιμεῖται προκάταρξιν ὁ ὅρκος. τῆς αὐτῆς ἔχεται διαιρέσεως καὶ τὸ ἐν τῷ ιγ'. διγ. κείμενον θεμ. β'. Τοῦ Ἀνωνύμου. Ὁ δὲ τοιοῦτος ὅρκος ἀντὶ προκατάρξεώς ἐστιν, ὡς διγ. κς'. καὶ βιβ. ε'. τιτ. α'. διγ. κη'. [Sch. a. III. 149.]

5) si iurem] Cyrilli. Qui temporalem actionem movet, et iurat, actionem perpetuat.

Stephani. Nota, iusiurandum imitari litis contestationem. Ab eadem distinctione pendet et them. 2. dig. 13. Innominati. Eiusmodi autem iusiurandum pro litis contestatione est, ut dig. 26. et lib. 5. tit. 1. dig. 28.

§. 4. *Ἐὰν* [xx]) *ἀφῆλιξ περιγραφῇ, καθὸ μὴ ὀφείλων ὅρκον ἐπήγαγεν, ἀποκαθίσταται εἴσω τοῦ ὡρισμένου χρόνου.*

Si minor captus sit [6]), quia cum non deberet, iusiurandum detulit, intra statutum tempus [7]) restituitur.

ἐὰν ἀφῆλιξ περιγραφῇ] *Κυρίλλου. Ἀφῆλιξ ἐπενεγκὼν ὅρκον τῷ δεβίτωρι αὐτοῦ, ἵνα ἀπορώτερον ἑαυτὸν ποιήσῃ, ἢ τῷ μὴ ὄντι δανειστῇ αὐτοῦ, ἵνα προστιθῇ αὐτῷ δανειστήν, οὐδὲν ποιεῖ. Ἀνωνύμου* [y]). *Τοῦ πουπίλλου ἐπάγοντος οὔτε χρεία ἀποκαταστάσεως, ὡς διγ. ιζ'.* [Sch. b. III. 149.]

Στεφάνου. Κατὰ τοῦτο αὐτό, καθὸ νέος ὢν καὶ δυνάμενος ἀποδείξεσι χρήσασθαι, τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησεν, ἐπήγαγε δὲ ὅρκον. Θεόφιλος μέντοι οὕτως ἐνόησε, κατὰ τοῦτο αὐτό, τοῦτ' ἔστι τῇ τοῦ ὅρκου ἐπιφορᾷ· οὔτε γὰρ ἔδει με, φησί, τὸν ὅρκον ἐπαγαγεῖν ἀνθρώπῳ ἐπιόρκῳ, ἄμεινον δὲ τὸν ὅρκον διὰ τὴν ἡλικίαν νοῆσαι, ὅτι δυνάμενος ἀποδείξεσι χρήσασθαι οὐκ ἐχρήσατο, ἀλλ' ὅρκον ἐπήγαγε. βλέπε γάρ, τί ἐπιφέρει ὁ Οὐλπιανός, ὅτι οὐ πᾶς νέος ἤδη καὶ περιγράφεσθαι δοκεῖ κατ' αὐτὸ τοῦτο, καθὸ νέος ἐστίν. ἕτερόν ἐστιν ἐπὶ πουπίλλου. βοηθεῖται γὰρ ἀδιαστίκτως ὁ ἄνηβος ὅρκον ἐπαγαγὼν δίχα τῆς αὐθεντίας τοῦ ἐπιτρόπου, ὡς ὁ Παῦλος ἐν τῷ ιζ'. διγ. φησίν. [Sch. b. III. 149. sq.]

Ἔνθα μὲν ὁμολογεῖ [yy]) *περιγεγράφθαι αὐτόν, ἔχει κατὰ Πομπώνιον τὴν ῥεπλικατίονα. ἔνθα δὲ ἀμφιβάλλεται καὶ ἄδηλόν ἐστι, πότερον περιεγράφθη, ἢ οὐ περιεγράφθη, τότε καῦσα κόγνιτα ὁ ἄρχων αὐτὸν ἀποκαθίστησι.* [Sch. b. III. 150.]

εἴσω τοῦ ὡρισμένου χρόνου] *Τὸν οὐτίλιόν φησιν ἐνιαυτόν, τουτέστι τὴν τετραετίαν, ἣν ἔχει μετὰ τὸν κε'. ἐνιαυτὸν ὁ γενόμενος νέος εἰς τὸ δύνασθαι αὐτὸν ἐντὸς ταύτης τῆς τετραετίας ἀποκαθίστασθαι, ὑπὲρ ὧν ἐντὸς τοῦ κε'. ἐνιαυτοῦ περιεγράφη. σήμερον γὰρ ἀντὶ τοῦ οὐτιλίου ἐνιαυτοῦ, καὶ ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ, καὶ ἐν τῇ νῦν βασιλευούσῃ, καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις τετραετίαν ἔχει κοντινοῦαν ὁ γενόμενος νέος, ἀριθμουμένην καὶ τρέχουσαν ἐπὶ μὲν τῶν ἀφηλίκων μετὰ τὸν κε'. ἐνιαυτόν, ἐπὶ δὲ τῶν μειζόνων, οἷς ἀποκατάστασις δίδοται, μετὰ τὴν ῥεϊπουβλίκαε καῦσα τυχὸν ἀποδημίαν, ἢ τὸ περαιωθῆναι τὴν αἰτίαν, δι' ἣν αὐτῷ δίδοται ἡ ἀποκατάστασις, ὡς ἀνήνεκται βιβ. β'. τοῦ κώδικος ὑπὸ τὸν νβ'. τοῦ βιβ. τιτ. ἐν τῇ ζ'. τοῦ τιτ. διατάξει. σημείωσαι δὲ καὶ ἀνάγνωθι πάντως βιβ. ε'. τοῦ κωδ. τιτ. οδ'. διατ. γ'. πενταετίαν γοῦν ἐπί τινων δίδωσι θεμάτων.* [Sch. c. III. 150.]

6) si minor captus sit] Cyrilli. Minor, qui debitori suo iusiurandum defert, ut se pauperiorem faciat, aut ei, qui creditor eius non est, ut ei creditorem addat, nihil agit. Innominati. Pupillo iusiurandum deferente neque opus est restitutione, ut dig. 17.

Stephani. Hoc ipso, quod cum minor esset, et probationibus uti posset, id omisit, et iusiurandum detulit. Theophilus tamen sic intelligit, *hoc ipso*, id est, iurisiurandi delatione: neque enim, inquit, iusiurandum deferre homini periuro me oportebat, melius autem iusiurandum existimare propter aetatem, quod cum posset probationibus uti, usus non sit, sed iusiurandum detulerit. Vide enim, quid subiiciat Ulpianus, non omnem minorem statim videri circumscriptum hoc ipso, quod minor sit. Aliud est in pupillo: indistincte enim subvenitur pupillo iusiurandum deferenti sine tutoris auctoritate, ut Paulus dig. 17. ait.

Si quidem constat, minorem esse captum, habet secundum Pomponium replicationem. Cum vero ambigitur et incertum est, utrum captus sit, an non captus sit, tunc causa cognita Praetor eum restituit.

7) intra statutum tempus] Utilem annum dicit, id est, quadriennium, quod habet post annum quintum et vicesimum factus iuvenis, ut intra hoc quadriennium restitui possit eorum nomine, in quibus intra annum vicesimum quintum circumscriptus est. Hodie enim pro anno utili et in antiqua Roma, et in hac regia urbe, et in Italia, et in aliis provinciis quadriennium continuum habet factus iuvenis, numerandum et currens in minoribus quidem post annum vicesimum quintum, in maioribus autem, quibus restitutio conceditur, postquam reipublicae causa abesse desierunt, vel causa finita fuerit, propter quam ei restitutio datur, ut ostenditur lib. 2. Codicis tit. 52. const. 7. Nota autem et lege omnino lib. 5. Cod. tit. 74. const. 3. Quinquennium certe in quibusdam casibus indulget.

§. 5. *Εἰ* [z]) *δέ τις ἐπὶ περιγραφῇ* [zz]) *τῶν ἰδίων δανειστῶν ἐπαγάγῃ τῷ ἰδίῳ χρεώστῃ, ἔχουσιν ἀντιπαραγραφὴν οἱ δανεισταὶ τοῦ ἐπαγαγόντος* [a]) *κατὰ τοῦ ὀμόσαντος. τὸ αὐτό, κἂν ἐπαγάγῃ ἑτέρῳ μὴ ὄντι δανειστῇ, κἀκεῖνος ὀμόσῃ χρεωστεῖσθαι παρ' αὐτοῦ.*

Si vero quis in fraudem creditorum suorum iusiurandum detulerit debitori suo, habent replicationem [8]) creditores deferentis adversus eum, qui iuravit. Idem est, si detulerit alii, qui creditor non erat, isque sibi ab eo deberi iuraverit.

---

x) Incipiunt rursus scholia ad textum Basilicorum. *xx*) L. 9. §. 4. legitur in Syn. p. 242. *y*) Adde *τοῦ* ante *Ἀνωνύμου*. *yy*) Lege *ὁμολογεῖται*. *z*) L. 9. §. 5. legitur in Syn. p. 242. *zz*) Syn. *παραγραφῇ* omisso *ἐπί*. Leuncl. in marg. emendat, ut in textu nostro legitur. *a*) Syn. *ἐπάγοντος*.

ἔχουσιν ἀντιπαραγραφήν] Τοῖς δανεισταῖς τοῦ φραυδάτορος εἰκότως δίδοται ἡ ῥεπλικατίων, οὐκ ἔτι δὲ αὐτῷ τῷ φραυδάτορι, κἂν αὐτός ἐστιν ὁ τὸν ὅρκον ἐπενηνοχώς. τεθεμάτισται γάρ, ὅτι οὐκ ἀπαιτηθείς, ἀλλ᾽ ἑτέρους περιγράψαι βουλόμενος τὸν ὅρκον ἐπήγαγεν. [Sch. d. III. 150.]

Τὶς εἶχε δανειστάς, οὗ καὶ ἀποροῦντος τὰ δάνεια δοῦναι, ἔμελλον πεμφθῆναι οἱ αὐτοῦ δανεισταὶ εἰς νομὴν τῶν αὐτοῦ πραγμάτων. ὁ οὖν χρεώστης εἶχε καὶ αὐτὸς ἕτερον ἔνοχον χρεωστοῦντα αὐτῷ ἀπὸ δανείου. διὰ περιγραφὴν τῶν δανειστῶν (πάντως γάρ, ἐπεὶ εἰς νομὴν ἔμελλον πεμφθῆναι, ἔμελλον ἀπαιτεῖσθαι καὶ ἃ ἐχρεωστεῖτο ὁ αὐτοῦ χρεώστης) ἐκίνησε κατὰ τοῦ ἰδίου χρεώστου. ἐκείνου δὲ ἀρνουμένου τι χρεωστεῖν, ἐπήγαγεν αὐτῷ ὅρκον, καὶ ὤμοσεν. οὐδὲν ὠφεληθήσεται ὁ ὀμόσας· πρὸς γὰρ ἄλλον ὤμοσεν· οὐδὲ ὅρκος, πρὸς ὃν οὐ γέγονεν, οὔτε ὠφελεῖται, οὔτε βλάπτει. [Sch. d. III. 150.]

Τοῦ Νικαέως. Κἂν μὴ ᾔδει τὴν περιγραφὴν ὁ χρεώστης καὶ τὸν δόλον. διότι μὴ κερδαίνει ἀπαιτούμενος ἃ ἐχρεώστει· καὶ οὐ δεῖ κερδαίνειν αὐτὸν ζημιουμένων ἑτέρων, ἤτοι τῶν δανειστῶν τοῦ ἐπαγαγόντος b). Τοῦ Ἀνωνύμου. Περὶ τοιούτων ὅρκων διαλαμβάνει ὁ τελευτ. τιτ. τοῦ μα΄. βιβ. [Sch. d. III. 150.]

Παρὰ τοῦ ἐντολέως ἢ διεκδικητοῦ μου ὀμόσαντος ἐγὼ ἔχω παραγραφὴν καὶ ἀγωγήν.

παρὰ τοῦ ἐντολέως] Κυρίλλου. Ὁ δεφένσωρ ἢ προκουράτωρ ὀμόσας περιποιεῖ τῷ πρωτοτύπῳ ἀγωγήν, ἢ παραγραφήν. σημείωσαι ἀναγκαῖον, ὅτι τότε ὁ παρ᾽ ἑτέρου δοθεὶς ὅρκος ἕτερον οὐκ ὠφελεῖ, ὅταν ἢ τὸ πρόσωπον, ἢ τὸ πρᾶγμα, ἢ αὐτὴ τῆς ἐναγωγῆς ἡ αἰτία ἀμείβεται· εἰ γὰρ μηδὲν ἐκ τούτων ἀμειφθῇ, ὠφελήσει πάντως ἕτερον ὁ παρ᾽ ἄλλου δοθεὶς ὅρκος. [Sch. e. III. 151.]

Στεφάνου. Τὰ δύο περὶ ῥέου νόησον· ἀλλὰ τὸν μὲν δεφένσορα δίχα μανδάτου, τὸν δὲ προκουράτωρα μετὰ μανδάτου δεφενδεύοντα τὸν πρωτότυπον. καὶ θεμάτισον αὐτοὺς ἐκ προαιρέσεως τὸν ὅρκον ὑποτελέσαντας· οὔτε γὰρ δεφένσωρ, οὔτε προκουράτωρ ἄκων ὀμόσαι ἀναγκάζεται, ὡς ὁ Οὐλπιανὸς ἐν τῷ λδ΄. διγ. θεμ. γ΄. τοῦ παρόντος τιτ. φησί. τοῦτο δὲ σημείωσαι, ὅτι ὀμόσαντες ἐκ προαιρέσεως, ὡς εἶπον, ὠφελοῦσι τὸν πρωτότυπον. καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι ὁ κανὼν ὁ λέγων, ὅτι ὁ μεταξὺ ἑτέρων δοθεὶς ὅρκος ἕτερον οὐ δύναται ὠφελεῖν. οὕτω γὰρ νόησον τὸν κανόνα, ἔνθα ἢ τὸ πρᾶγμα, ἢ τὸ πρόσωπον ἀμείβεται, ἢ αὐτὴ τῆς ἀγωγῆς ἡ αἰτία· ὥσπερ ἔστιν εἰπεῖν ἐπὶ τῆς πεμφθείσης μετὰ τὸν ὅρκον εἰς τὴν βέντρις νόμινε νομήν· εἰ γὰρ καὶ τὸ πρόσωπον οὐκ ἀμείβεται τοῦ κυοφορουμένου (ὤμοσε γάρ, ὅτι ὁ κυοφορούμενος ἐκ τοῦ τελευτήσαντος συνελήφθη), ἀλλ᾽ οὖν ἡ αἰτία τῆς ἐναγωγῆς ἀμείβεται. ἡ μὲν γὰρ μήτηρ ὤμοσεν, ἵνα πεμφθῇ εἰς τὴν βέντρις νόμινε νομήν· τοῦ δὲ κυοφορουμένου τεχθέντος παύεται μὲν ἡ τοιαύτη νομή, αἰτεῖται δὲ ἐκ προσώπου τοῦ τεχθέντος Καρβωνιανὴ διακατοχή, καὶ μετὰ ταῦτα κινεῖται νερεδιτάτις πετιτίων. ἐπὶ μέντοι τοῦ δεφένσορος καὶ τοῦ πρωτοτύπου τὸ αὐτὸ πρόσωπον καὶ ἡ αὐτὴ αἰτία ὑπόκειται. καὶ ὁ δεφένσωρ γὰρ ὤμοσε, μηδὲν ὀφείλειν τὸν πρωτότυπον ἐκ τῆσδε τῆς αἰτίας· καὶ ἡ ἐναγωγὴ πάλιν ἐκ τῆς αὐτῆς αἰτίας κινεῖται κατὰ τοῦ πρωτοτύπου. [Sch. e. III. 151.]

Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς. Καίτοι βιβ. γ΄. τιτ. γ΄. διγ. λθ΄. θεμ. β΄. τῷ προκουράτωρι δέδωκε τὴν ἀπὸ τοῦ ὅρκου ἀγωγήν. ὅπερ δεῖ νοεῖν, ὅτε μετὰ τὴν προκάταρξιν ὤμοσεν· τότε γὰρ γίνεται κύριος τῆς δίκης ὁ προκουράτωρ. σημείωσαι, ὅτι τοῦ ἄκτορος προκουράτωρ ὀμόσας αὐτῷ περιποιεῖ τὴν ἰμφάκτουμ. [Sch. e. III. 151.]

Ἐρώτησις. Καίτοι εἴρηται ἐν τῷ γ΄. βιβ. τῶν πρώτων τιτ. γ΄., ὅς ἐστι δὲ προκουρατωρίβους, διγ. λθ΄. ὅτι αὐτὸς προκουράτωρ ὀμόσας ἔχει τὴν ἰμφάκτουμ. Στεφάνου. Εἰ μὲν ἔξω δικαστηρίου bb) τὸν ὅρκον ὁ προκουράτωρ ἐτέλεσεν, τότε ὁ πρωτότυπος ἔχει τὴν ἰμφάκτουμ· ἐπειδὴ προκατάρξεως γενομένης, ἰδιοποιεῖται τὴν ἀγωγὴν ὁ προκουράτωρ· ἡ γὰρ προκάταρξις κύριον αὐτὸν ποιεῖ τῆς ἀγωγῆς. εἰκότως οὖν καὶ ὁ ὀμόσας μετὰ προκάταρξιν ἑαυτῷ καὶ τῷ πρωτοτύπῳ τὴν ἀπὸ τοῦ ὅρκου ἰμφάκτουμ περιποιεῖ. ὅτι δὲ ὁ Οὐλπιανὸς ἐνταῦθα μὲν ἔξω δικαστηρίου τὸν ὅρκον ὑπὸ τοῦ προκουράτωρος ὑποτίθεται διδόμενον, πρόσεχε τῇ ἐμφάσει τῶν λέξεων· ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἐπειδὴ ἔξω δικαστηρίου τὸν ὅρκον βούλεται

8) **habent replicationem**] Creditoribus fraudatoris merito datur replicatio, non ipsi fraudatori, licet ipse iusiurandum detulerit. Fingitur enim, eum non conventum, sed alios circumscribere volentem iusiurandum detulisse.

Quidam creditores habuit, et cum solvendo non esset, creditores in possessionem bonorum eius mitti debebant. Hic igitur debitor et alium sibi obligatum habebat ex causa mutui. In fraudem creditorum (omnino enim, quia in bonorum possessionem mitti debebant, etiam quae debitor eius ei debebat, exacturi erant) egit adversus debitorem suum. Cum autem ille infitiaretur quidquam se debere, iusiurandum ei detulit, et is iuravit. Non iuvabitur, qui iuravit: nam alio deferente iuravit: iusiurandum autem alii nec prodest, nec nocet.

Nicaei. Quamvis debitor fraudem et dolum ignoraret. Quare nihil lucratur, si, quae debet, ab eo exigantur: neque ipsum lucrari oportet cum aliorum dispendio, sive creditorum eius, qui iusiurandum detulit. Innominati. De eiusmodi sacramentis agitur tit. ult. lib. 41.

Per procuratorem [9]) vel defensorem meum, qui iurarunt, habeo exceptionem [10]) et actionem [11]). *L.* 9. §. 6. *D.* XII. 2.

9) **per procuratorem**] Cyrilli. Defensor aut procurator iurans principali actionem vel exceptionem acquirit. Nota necessarium, iusiurandum ab altero datum alteri non prodesse, quando persona, aut res, aut ipsa actionis causa mutatur: nam si nihil eorum mutetur, omnino iusiurandum ab alio datum alteri prodest.

Stephani. Haec duo de reo intellige: sed defensorem quidem sine mandato, procuratorem autem cum mandato defendentem principalem. Et finge, eos volentes iusiurandum praestitisse: nam nec defensor, nec procurator invitus iurare compellitur, ut ait Ulpianus dig. 34. them. 3. huius tituli. Nota autem, eos, qui volentes iurant, ut dixi, prodesse principali. Neque obstat regula, qua dicitur, iusiurandum inter alios datum alteri prodesse non posse. Sic enim regulam intellige, ubi vel res, vel persona, vel ipsa actionis causa mutatur: sicut dici potest in muliere, quae post iusiurandum ventris nomine in possessionem missa est: licet enim persona eius, qui in utero est, non mutetur (iuravit enim, eum, qui in utero est, ex defuncto conceptum), causa tamen actionis mutatur. Mater enim iuravit, ut mitteretur in bonorum possessionem ventris nomine: partu autem edito cessat quidem eiusmodi possessio, ex persona autem partus petitur Carboniana possessio, et post haec hereditas petitur. In defensore autem et principali eadem persona et eadem causa subest. Nam etiam defensor iuravit, principalem nihil debere ex illa causa: et rursus actio ex eadem causa movetur adversus principalem.

Enantiophanis. Atqui lib. 3. tit. 3. dig. 39. them. 2. procuratori dedit ex iureiurando actionem. Quod intelligendum est, cum post litem contestatam iuravit: tunc enim procurator dominus litis efficitur. Nota, procuratorem actoris iurantem actionem in factum ei acquirere.

Interrogatio. Atqui dictum est lib. 3. partis primae Digestorum, tit. 3. qui est de procuratoribus, dig. 39. procuratorem ipsum, qui iuravit, actionem in factum habere. Stephani. Si quidem procurator in iudicio iusiurandum praestiterit, tunc principalis actionem in factum habet: quia lite contestata procurator actionem sibi acquirit: litis enim contestatio ipsum actionis dominum facit. Merito igitur et qui iuravit post litem contestatam, sibi et principali actionem in factum ex iureiurando acquirit. Quod autem Ulpianus hoc loco ponat iusiurandum extra iudicium a procuratore datum, perpende significationem verborum: hoc enim loco,

b) Sic lego. Fabr. ἐναγαγόντος. *bb*) Fabr. transtulit *in iudicio*. Recte. Ergo legendum εἴσω δικαστηρίου.

θεματίσαι δοθέντα, ὅρκον δελάτουμ φησίν, ὅ δηλοῖ τὴν ἐπιφοράν. ἐν δὲ τῷ δὲ προκουρατωρίβους τῶν πρώτων, ἐπειδὴ ἐν δικαστηρίῳ βούλεται θεματίσαι δοθέντα τὸν ὅρκον, ῥέτουλιτ, εἶπεν, ὅ δηλοῖ τὴν ἀντεπιφοράν· ἀντεπιφορὰ δὲ κυρίως εἰ μὴ ἐν δικαστηρίῳ οὐκ ἔστιν, ὡς ὁ Οὐλπιανὸς ἐν τῷ ιη΄. διγ. τοῦ παρόντος τιτ. φησί. [Sch. e. III. 152.]

quoniam ponere vult extra iudicium iusiurandum datum, iusiurandum *delatum* dicit, quod significat ἐπιφοράν. Titulo autem de procuratoribus partis primae Digestorum, quia ponere vult iusiurandum in iudicio datum, dixit, *retulit*, quod significat ἀντεπιφοράν: relatio autem proprie non est, nisi in iudicio, ut ait Ulpianus dig. 18. huius tituli.

ἔχω παραγραφήν] Οἶμαι, τὴν τοῦ δόλου, οὐ μὴν τὴν τοῦ ὅρκου διὰ τοῦ φροντιστοῦ οὐ c) προςπορίζεσθαι. καὶ γὰρ καὶ φροντιστοῦ συμφωνοῦντος ὑπὲρ τοῦ πρωτοτύπου, οὐχ ἡ τοῦ συμφώνου παραγραφὴ ἁρμόζει τῷ πρωτοτύπῳ, ἀλλ᾽ ἡ τοῦ δόλου, ὡς βιβ. ια΄. τιτ. α΄. κεφ. ι΄. θεμ. τελευτ. [Sch. f. III. 152.]

10) habeo exceptionem] Puto, doli exceptionem, non iurisiurandi per procuratorem acquiri. Etenim si procurator paciscatur pro principali, non pacti exceptio principali competit, sed doli, ut lib. 11. tit. 1. cap. 10. them. ult.

